



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Epistolæ Præpositorum Generalium Ad Patres Et Fratres Societatis Jesu**

**Oliverius, Horatius**

**Pragae, 1711**

X. Ejusdem ad PP. & FF. Societatis in Indiis orientalibus. Anno 1590. 12.  
Jan. De fine illius Missionis.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55386](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55386)

Præpositorum Generalium  
Societatis JESU

X.

R. P. N.

CLAUDII  
AQUAVIVÆ

Præpositi Generalis V.

Quinta,

Ad Patres & Fratres Societa-  
tis, in Indiis Orientalibus con-  
stitutos.

Anno 1590. 12. Januarii.

*De fine illius Missionis.*

I. Nter multa, eaque mirabilia, quæ fi-  
dei nostræ oculis Dominus noster ex-  
hibere dignatus est spectacula, non  
est in postremis, tot barbararum gentium  
conversio, Ecclesiæ per omnes longè late-  
que mundi plagas propagatio, in tam densis  
tenebris errorum & ignorationis Dei & in-  
scientiæ, clarissimum Euangelii lumen illa-  
tum;

*Quanti  
momenti  
sit cõver-  
sio Ethni-  
corum?*



tum; perduellium, & inimicorum in gratiæ & regni adoptio. Quod licet non quam attentâ mentis cogitatione comprehendatur, nisi cum multa divinæ suavitæ dulcedine, sapientiæ admiratione, & potentia singularis laude atque veneratione; scilicet tamen diebus, quibus æterni Verbi hanc carnis mortalitatem adventum solent cultu celebravimus, commodior sese dedit opportunitas, sacrarum paginarum oracula, & Prophetarum de eo vaticinationes majori studio evolvendi, & attentâ cura meditandi.

*Hanc Isaias vaticinatus est.*  
*Isai. 35.*  
 42.  
 35.  
 65. 19.

2. Ex quo factum est, ut, dum inter res promissorum thesauros volutarem, ostendat Isaias & aperit modò sub figuræ similitudinis ad culturam extricatæ, extulit, lætabundæ, & florentis quasi liliæ modò sub persona cœcæ illuminatæ, & viam quam nesciebat, & semitas quas ignorabat, deductæ; nunc sub umbra scissæ in deserto aquarum, & torrentium in arida & inaquosa apertorum; nunc sub nitis aliis figurarum, quæ vos non latebunt integumentis; sed maximè dum dicitur prædicat fore, ut gloria Domini prædicetur gentibus, illorum ministerio, qui ad insulas longè, ad eos qui non audierunt deum, nec viderunt gloriam ejus, summittentur.



ut, inquam, hæc eo majori cum admirationis sensu, animo mihi repræsentârim, quo non præteritorum illa modò, sed præsentium & futurorum esse vaticinia videbantur; quoniam non uni fiebant Europæ hujusmodi pollicitationes, neque fines aut Ecclesiæ termini, vel eorum qui ad tam ingens convivium erant convocandi, angustis cujuscumque provinciæ limitibus fuerant coërcendi, cùm idem ipse Propheta prædixisset:

*Faciet Dominus exercituum in monte hoc convivium grande omnibus populis.* Quapropter

mentis oculos attentius defixi, ut intuerer quasi prælucentibus illis verbis, *Quia & hodie impletur hac Scriptura in oculis nostris, & adhuc implebitur*, etiam industriâ laboribusque vestris (Patres Fratresque carissimi) quos ex omni membrorum Societatis nostræ numero, ad tam altam vocationem singulari privilegio delegit, potentique manu conservat idem ille, qui vos pridem ab hujus seculi fluctuantibus undis liberavit. Hinc meum animum insignis enata subiit alacritas, cum animadverterem Fratres meos oraculo Prophetæ designatos, rei tam sublimis cooperatores, & administratos. Simul etiam confidenti juncta confusione, clarior mei statûs illuxit mihi cognitio, cùm & vos illuc ab Europa delegandi,

Q

di,



di, & duces præficiendi, & in opere  
scepto vos dirigendi curam, æterna sapi-  
tia vili huic & inexperto ministro dem-  
dârit.

*Ad con-  
versionem  
gentiũ i-  
donei red-  
dimur per  
vota reli-  
giosa.*

3. Quin etiam ulterius adhuc gradus  
cto simul cogitavi Religionis statum mo-  
lem illum sat̃s & sublimem ( qui vobis  
reliquis Societatis Fratibus præsertim in  
stituto communis est ) à Domino cælesti  
& divinum magis mirabiliter in vobis  
ctum fuisse. Vestra siquidem castitas,  
tantum ad propriam perfectionem, ve-  
pem proximo qualemcumque suppedi-  
dam refertur; sed eò etiam penetrat, ut  
idoneas reddat operas, quæ Apostolica  
scurrant ad Gentes vinculis, quibus in-  
catae sunt, exolvendas. Paupertas  
dum vos ab omni terrena sollicitudine  
gregat, & rerum humanarum affectu  
exuit, pedes vestros ad annuntiandum  
angelium pacis veloces reddit. At obe-  
entia sancta vos dirigit: & quoquoque  
ad oras illas fidei lumine illustrandas de-  
cit, ut cæli motus terris lucem portaret  
let & advehere. Perinde ac si in vobis  
ta illa, Religionisque statum divina pro-  
dentia constituere voluerit, ut omnibus  
pedimentis expediti, eorum quos Prophe-  
recensuit, albo adscribi possentis, & cen-

mi  
cell  
riæ  
mi  
gre  
gra  
di,  
ma  
eò  
par  
bon  
te  
in  
ris  
cun  
bre  
per  
gen  
fun  
ro  
pen  
con  
quo  
cusa  
diff  
tia  
tpe  
nar



ministri ( quo nobilius quidquam aut excellentius nec dici potest nec cogitari ) gloria Plasmatoris vestri, odoris Christi Domini dispensatores, & salutis animarum egregii procuratores.

4. Quamobrem ardentissimo coepi flagrare desiderio, partes quoque meas obeundi, & vos ad vestras alacriter explendas animandi atque excitandi: quod ut facerem eò magis sum adductus, quòd acceperim pares aliquando monitiones injectas animis bonis & optimis, quales vobis Deus pietate sua largitus est, non omnino sine fructu in cassum abiisse. Sed quoniam me temporis angustia, solatio desideratissimo vobiscum frui diutius non patiuntur; hac per brevi contentus epistola, alterius eadem super re, ad Nostros in India Orientali degentes, à me nuper datae exemplum vobis summittam. Etenim quod in vobis requiro ad summam, id unum est, ut attentè perpendant singuli, videántque, quo tandem consilio tot operas Europæ subtrahimus, quorsum multa hîc admittere Collegia recusamus, & tamen tantis cum periculis & difficultatibus, ad tanta maris & Oceani spatia emetienda vos mittimus, in quo nihil spectamus aliud, quàm ut accurate indigenarum & fidei lumine destitutorum conver-

*Epistola  
hujus scriptura.*



fioni vacetur, cuius gratiâ nec barbarorum  
 idiomatum perdiscendorum laboribus, nec  
 itinerum asperitatibus, nec quibuslibet con-  
 tradicentium obstaculis, nec cujuscumque  
 discriminis timori, nec ullius acerbioris  
 sensui, vel parcendum est, vel succumben-  
 dum.

*Motiva*

*convertē-  
 di gentes.*

5. Quod tantò studiosiùs est curandū  
 quantò natura ( si sibi suæque indoli re-  
 quatur ) libentiùs fertur, & sive propter  
 joris momenti negotia, sive propter  
 liorem agendi rationem inclinatur, ut se-  
 tam impendat Lusitanis : quod tamen  
 sinè gravi tot animorum instituendorum  
 mmo committeretur. Et sanè dum  
 rum cogito, & eorum præcipuè qui  
 curæ subsunt, ad Deum adducendi  
 tatem perpendo, magnopere vereor  
 Dominus aliquando rationem à nobis  
 rissimè reposeat ; *Quare non posuerim  
 cuniam ipsius ad mensam, ut ipse veniens  
 usuris exigat.* Hic agitur de re maxime  
 gravissima, ut illi nempe sint absque  
 cuius ignoratione, ut nihil Divinæ Ma-  
 gni est injuriosius, ità nihil rationali cre-  
 ræ infeliciùs. Agitur, ut quantum spe-  
 ad eos quibuscum illi non communicari  
 Passionis Dominicæ labores, quos  
 capropter mortalitatem ingressus Ser-

Luc. 19.  
 25.



noſter toleravit , inutiles & irriti efficiantur. Et in hunc ſenſum ſub perſona Chriſti illa Jeremiæ verba D. Hieronymus declarat : *Non fœneravi nec fœneravit mihi quiſquam* ; ubi 70. interpretati ſunt , *Non profuit mihi quiſquam* , quaſi Dominus conqueratur , *Nullus enim tantum voluit accipere , quantum ego tribuere deſideravi. Idcirco vix mihi quidquam profuiſſe videor. Nec profuit mihi quiſquam : ſalus enim creatura lucrum eſt Creatoris.* Itaque lucrum meum ſalutem illius æſtimans , non mihi profunt , qui non illam pro viribus procurant. Idipſum de Chriſtianiſ improbis , qui Domini beneficiis , & expectationi non reſpondent , pronuntiari poteſt. Jam vobis conſiderandum permitto , quantò illud majori cum ratione de Gentibus verè dici poſſit , quæ non noverunt eum , neque laborum aut ſanguinis à Dei filio fuſi , vel copioſæ redemptionis participes factæ ſunt , neque tam deſideratos ſalutis ſuæ fructus ei reportant.

6. Non poſſum tamen facere quin vobis ob oculos ponam peregregium & appoſitiſſimum ad mentem noſtram D. Ambroſii ſermonem , qui dum in Lucam agit de unctiōe , qua Salvatoris corpus ungi debet , hæc habet præclariffima , ex quibus juxta propoſiti veſtri inſtitutum colligere licebit,

Q 3

quod

*Ministerii  
hujus  
dignitas.*



quod vobis in manibus sit ministerium, apparatus, quem ad illud per statum Religiosum fecistis; nec non obligationem, illi satisfaciendi intelligere rationem: Corpus ejus Ecclesia est. Corporis ejus odoramus, & ideo decet ut mortem corporis ornemus: etsi nostros illa non requirat ornatus, sed requirunt pauperes, Ornabo corpus ejus, si fiam sermonum ejus predicator, & per sim gentibus Crucis aperire mysterium. Navigavit ille qui dixit: Quia predicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum gentibus autem stultitiam, ipsis vero vocem gloriæ, & Dei sapientiam. Ornatur Crux, id quod per imperitiam stultum putatur, Evangelium sapientiùs estimatur, ut possit docere, quemadmodum virtus adversaria Crucem Domini destruat. Misi in Domini corpus unguentum, spirare incipit, quod mortuum putabatur. Ecce ministerii quod vobis commissum est, dignitatem. Quid vobis faciendum incumbat attendite. Idem nusquisque adoriatur emere labore suo, nec que virtutum alabastrum unguenti, non aliquid atque commune, sed pretiosum unguentum alabastrum, & unguentum pisticum: enim quis fidei congreget flores, & predicet JESUM CHRISTUM crucifixum, in omni

Obligatio  
ad hoc no-  
stra.

Ecce



Ecclesiam, qua corpus ejus est mundo mortua, requiescens Deo, fidei suae transfundit unguentum. Sequitur deinceps fructus: Olere incipit tota domus passionem, oleret incipit resurrectionem, ut possit unusquisque ex hoc sacra plebis numero dicere: Mihi autem absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi. Jam studiosè perpendite, quales demum esse debeant qui spirant, sed maximè, qui odorem illum spargunt. Spirat odor, redolet unguentum in corpore, si quis possit, (atque utinam ego possim!) confidenter loqui: Mihi autem mundus crucifixus est. Non amanti divitias, non amanti homines saeculi, non amanti quae sua sunt, sed quae Jesu Christi; non amanti quae videntur, sed quae non videntur; non cupido vitae, sed ei qui festinat dissolvi, & cum Christo esse, crucifixus est mundus. Hoc est enim crucem tollere, & sequi Christum, ut & nos commoriamur, & conselpeliamur cum eo, ut unguentum, quod ista mulier in sepulturam ejus misit, oleret possimus. Sed videte quàm pretiosum & salutiferum odorem: Non mediocre istud unguentum est, quo Christi longè latèque diffunditur nomen: unde etiam Prophetice dictum est: Unguentum exinanitum est nomen tuum. Ideo exinanitum, ut majore fides odore fragraret. Et ut finiam, ad alterius epistolae exemplum



vos remittens, hoc tantum dico; non ratione, à sanctis quibusdam Patribus in verba Canticorum, *Odor vestimentorum sicut odor thuris*, differi; tum sponsæ (quæ Sancta Ecclesia est) vestimenta incensum redolere, quando re ipsa vertendis reducendisque animis se totam pendit, cum in hoc maximè Deo, & suo per incensum designato, assimilato

*Qua sint  
ad hoc  
ministeri-  
um neces-  
saria?*  
Serm. 16.  
in Cant.

7. Sed ut hoc percommode fiat, necessarium est triplicem illum habere contextum, bene tortum funiculum, quod D. Bernardus exprimit; qui dum agens miraculo Elisæi, in quo, ut puerum vitam revocaret, posuit oculos suos super oculos ejus, & os suum super os ejus, & manus suas super manus ejus, ait, simillimè cum diebus singulis Dominum agere, de fit ut sentiamus, *Cordi tribui intelligentia lumen, & ori adificationis verbum, manibus opus justitia. Dat sentire fidei, dat proferre utiliter; dat efficiter adire: & est funiculus triplex, qui difficile trahitur, ad extrahendas animas de carcere boli, & trahendas post se ad regna celestia rectè sentias, si dignè proloquaris, si vire confirmes. Quod si quid horum deficit, est ita accommodatus funis, nec aptus, fertim si primum desideretur, aut tertium*



Sed quoniam totum hoc à continua cum hoc  
Elifæo nostro, qui verè Deus est, nos salvos  
faciens, conjunctione dependet, ideo B. P.  
N. I G N A T I U S 10. part. §. 2. monet, me-  
dia illa, quæ cum Deo instrumentum con-  
jungunt, efficaciora esse animis ad ultimum  
& beatissimum finem suum perducendis.  
Quæ verba, ut in Constitutionibus scripta  
continentur, sic ego maximopere percupio,  
ut in nostrum omnium cordibus spiritûs san-  
cti digito descripta & altè impressa perseve-  
rent. Vobis à Domino cælestium thesau-  
rorum abundantiam precor, & me, omnem-  
que Societatem sanctis orationibus vestris  
ex intimis visceribus enixè commendo. Ro-  
mæ 12. Januarii, 1590.

*Omniium in Domino Servus.*

CLAUDIUS AQUAVIVA.

Qs

EPI-